



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Et retribuet mihi dominus secundu[m] iustitiam meam, Et secundu[m]  
puritatem manuu[m] mearum, in conspectu oculoru[m] eius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

Et turbet mihi dominus secundū iustitiam meam,  
Et secundū puritatem manū mearum, in conspectu oculorū cius.

Repentidem quod dixit supra, ut clarius dicat, & plura addat. Hoc totum, in  
secundis impios, qui & haec non credunt & longe alia de se opinant: Perpe-  
tui enim fugillat ex obliquo impiam synagogam, qua est generatio illa, qua  
se munda uidetur, & tamē nō est lota a sordibus suis. Proverb, xxx, ideo pīs  
in Ecclesia perperuo imputat immunditiam & damnationē tanq̄, qua maxi-  
mum patet contra deum, nedum immaculata sit corā eo & custodita ab iniqui-  
tate sua. Contra quam (ut dixi) suam causam iustificat, & longe alia de se pro-  
secutio iudicante deo, prædictis, q̄ ab impijs pronunciantur: Etsi enim, non est  
ulta nec pura manus coram impijs, est tamen in conspectu oculorum dei, id  
est, dei & omniū qui oculos dei habent, hoc est, qui spirituales sunt. Impij em-  
mincia peruersi iudicant, deus recte iudicat, ideo fit, qui spirituales sunt. Impij em-  
mundis omnia munda, immundis nihil mundum, Impio etiā sanctus est pollu-  
tus, & innocens est nocens, electus est reprobus, & diuinus est demoniacus,  
propterea cum peruerso omnia peruersa, quod accidit, quia iudicat secundū con-  
spectum oculorum suorum, non secundum conspectum oculorum dei. Vn-  
de sequitur.

Cum sancto sanctus eris. Et cum uiro innocēte innocens eris.  
Et cum electo electus eris, Et cum peruerso peruerteris.

Reddit hic causam, qua si, ut impij piorum omnia damnent, causa est, q̄ im-  
mundi & peruersi sunt ipsi, & talia quicquid iudicat, qualis est ipse, ut ex Apostolo  
ad Titum retuli. Immundis nihil est mundū, quia in quinata est eorū mens  
& conscientia. Dixit ergo puritatem manū se habere, & iustitiam, sed non in  
conspectu impiorum, in quo potius iniquitas & immunditia abominabilis &  
intolerabilis est, quicquid est & facit prius, pro quo tamē contemptu reponet.

Sine, ut qui sordidus est, sordescat adhuc, permittenda sunt hominibus per-  
uersi peruersi sua studia, nos in hoc gloriamur q̄ in conspectu illorū repro-  
bi in tuo sancti sumus, quia cū sanctis sanctus es tu. Hoc est, ut nouam & ad  
mirabilem afferamus gloriam, cum peccatore sanctus eris. Nam sanctus ille, cū  
quo deus sanctus est, nullus est, nisi qui sibi negat, deo soli tribuit sanctitatē, <sup>Sanctus qui</sup>  
ratento, per ueracem cōfessionem, sibi soli, peccato. Sicut illi Danie, iij. Deo no-  
stro iustitia, nobis aut̄ confusio, sicut est dies h̄c. Atq̄ h̄c ipsa ueritatis cōfes-  
sio, quia in deum referunt sanctitatem, facit, ut eadem refluente in eos, sancti-  
ficent & ipsi. Veritas enim uere sanctificat, ueritas autem est, nos esse immū-  
dos omnes & solum deum sanctum.

Proinde, qui sic sunt sancti, hoc est, uere humiles & in oculis suis uiles, ij  
quicquid deus dicit & facit, pro re sacra & optima habent. Et dicit illud psal.  
cxvii. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum, Et iterū, cxliij. Fidelis do-  
minus in omnibus iūs suis, & sanctus in omnibus operibus suis: Mortificata  
enim uoluntate corum, non delectantur, nisi in uoluntate dei, qua quicquid  
eis acciderit, laudent & benedicunt & uenerantur. Contra, peruersus & impi-  
us, cuius uoluntas uiuit in omnibus, nihil non damnat quod deus dicit & fa-  
cit, uult enim omnia secundum suum sensum cadere, quem ipse sanctum san-  
ctorum arbitratur, quod cum fieri non possit, id quod reuera sanctum dei est  
peruerterit.

Omnia dei  
damnat per-  
uersi,